



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Spei bona sunt quinque.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Spei bona sunt quinque :*

- Rom. 5.** **P**rimum est quia hominem in  
aduersitatibus letificat. Rom. 5.  
Gloriamur in spe gloriæ filio-  
rum Dei, non solum autem, sed &  
gloriamur in tribulationibus. Et P.  
**Auguf.** Augustinus. Ipsa nanque spes nos ga-  
**Ambr.** dere facit inter dolores. Et Ambrosius.  
Quisquis enim meliora sperat, ma-  
quam leuioribus frangitur. Secundo,  
**Pfal. 55.** quia firmat & roborat. Psal. In deo  
speravi non timebo quid faciat mihi  
**Pfal. 17** homo. Spes enim quæ dicit. Domi-  
nus firmamentum meum & refugium  
meum. Si spes proiicit se in deum, non  
est ita crudelis, ut se subtrahat, & spe-  
ranter in se cadere permittat. sicut  
**Auguf.** dicit P. Augustinus. Quare dominus  
sibi moneret, si supportare nos no-  
let, non est illudor Deus, ut non se ad  
supportandum offerat, & nobis neces-  
sitatibus ei in ruinam nostram se subtra-  
hat. Rom. Spes autem non confundit.  
**Rom. 5.** Psal. In te domine speravi non confun-  
**Pfal. 70** dar in æternum, &c. Tertium quia  
de tribulatione hominem liberat, ut  
**Dan. 14** patet ori Susanna. quæ flens suspirans  
in celum. erat enim cor eius fiducia  
**Pfal. 27.** habens in domino. Psal. In te spera-



uerunt patres nostri & nō sunt confu-  
si, in te sperauerunt & liberaſti eos.  
Quartum est, quia hominem in præ-  
ſenti beatificat. Pſal. Beatus uir cu-  
ius est nomen domini spes eius, &c.  
Prou. Qui sperat in domino, &c. Isa.  
Beati omnes qui sperant in eum, &c.  
Quintum, quia in futuro glorificat  
Pſal. Qui ſaluos facit ſperantes in ſe.  
Prou. Qui sperat in domino ſaluabi-  
tur. Rom. Spe enim ſalui facti ſu-  
mus, &c.

Pſal. 29  
Pro. 16.  
Iſa. 30.  
Pſal. 16  
Pro. 28  
Rom. 9.

*Spem adiuuant tria.*

**P**rimum est amor directè in deum.  
Et poteſt diuidi in tres ſpecies.  
Prima est in eo quòd naturaliter  
amat artifex opus ſuum, ita ut uix poſ-  
ſit audire quòd ei detrahatur. Vnde  
ueriſimile est quòd creator amat o-  
pera ſua, & ſpecialiter hominem què  
creauit ad imaginem ſuam. Sap. Dili-  
gis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eo-  
rum quæ feciſti. Sperare debet ho-  
mo de eo qui dedit ei ut ſit, quòd pa-  
ratus ſit dare ut bene ſit. Secunda est  
in eo in quem dominus est. Naturali-  
ter homines amant quæ ſua ſunt, &  
conſeruant ea; & ſi ea perdiderint,  
gaudent, cum ea recuperant. Vnde

Sap. II.